accentus in eadē collocetur: sed in tertiā a fine accentus trāsferatur. Itaq; non dicemus cū grecis Abdias/die penultima acuta: quoniam latine declinamus: sed abdias/abdie. accētu in antepenultima. Cadit etiā accēt⁹ in antepenultima ⁊ horū sequentiū. Azarias. Ezechias. Esaias. Hieremias. Jeconias. Josias. Mathatias. Ozias. Ouias. Zacharias. Barachias. Thobias. Urias. tametsi hec duo vltima etiā ratione hebraice litterature accētū habeāt i antepenultima: quēadmodū ⁊ maria: qđ nomē apud hebreos celebre doctissimus dēq; penultimā breuē posuit in carmine. Claudian⁹. ꝓparat ⁊ marie pulchros: sed luce minores Eligit ornat⁹. Sedulius quoq; in paschali. Quis fuit ille nitor marie cū ꝑs ab aluo Processit. Eadē quoq; ratio est noīm grecorū i/iota in penultima habētiū ante a/finalē: vt sophia/philosophia/symphonia/phātasia/chirurgia/melācolia: cathegoria: vsia. ⁊ ab odes. cōpositā: qđ interpretatur cantus: vt prosodia. Tragedia/comedia/psalmodia/melodia: ⁊ ab arche qđ est ꝓncipatus: vt toparchia/monarchia/hierarchia/tetrarchia: ⁊ a logos qđ est sermo: vt theologia/astrologia/tropologia/ethimologia: et a graphe quod est scriptura: vt ortographia/cosmographia/chronographia/topographia: ⁊ a mache/ches: vt gygantomachia/naumachia: batronomachia. ⁊ a nomos quod est lex: vt astronomia/chironomia/antimomia. Que vero apud illos p ei diphtōgon antea scribuntur in eadem hoc est penultima habent accentum. Itaq; hac ratione dicemus dulia/hypdulia. Angaria non vt isti proferūt dulia et hyperdulia: angaria in tertia a fine: latria ⁊ ydolatria: nō latria ⁊ ydolatria in penultima. Sic ꝯ perihermenia/pedia/mechia: accētu in penultima sunt enūciāda: eadē ratiōe zenodochiū/orphanotrophiū/ichaotrophiū: ⁊ alia ꝓpe innumera accētu in penultima proferri debent.

De arte punctuandi.

¶ Punctus est sectio siue incisio: orationē distinguēs intellectū ⁊ spm̄ lectoris reflectēs. Pūcti sunt nouē. s. suspensiuus/gemin⁹ pūct⁹/comma/colon/period⁹/interrogatiu⁹ exclamatiu⁹ seu admiratiuus/semipūctus siue ꝑnectiu⁹/⁊ parēthesis.

¶ Suspēsiuus pūctus est simplex virgula q̄ solet dctis gratia poni: antecq̄ sensus aliquis clausule haberi possit: vt mors/

¶ Gemin⁹ pūct⁹ est quo vtimur: vbi clausula maiorē quandā dctē habet: ⁊ tm̄ sensum impfectū: vt mors/vltimus vite terminus:

¶ Cōma est pūct⁹ planus in supiore parte linee posit⁹/vel inferiori cū virgula superius eleuata: vbi clausula videretur esse cōpleta ⁊ tm̄ est imperfecta: vt mors/vltim⁹ vite terminus: terribilis est his.

¶ Colon est pūct⁹ plan⁹/in inferiore parte linee posit⁹: quo vtimur vbi sensus est pfectus: a toto tm̄ corpore abruptus: vt mors/vltim⁹ vite termin⁹: terribilis est his: quorum cū vita ola extinguūtur.

¶ Periodus est pūctus plan⁹/q̄ ponitur in fine clausule: qm̄ nō modo pfectus sensus/sed ipse sermo. vt qđ sequtur/quasi de nouo inchoari videatur: ⁊ ponitur in inferiori ꝑte linee: virgula curua inferi⁹ circūflexa hoc modo/ vt mors/vltim⁹ vite termin⁹: terribilis est his/quorū cū vita ola extinguūtur. mō his quoq; laus emori non pōt.

¶ Interrogatiu⁹ pūct⁹ est q̄ interrogationē sīgt: ⁊ ponitur in superiori ꝑte linee cum virgula eleuata: vt hic pietatis honos: sic nos in sceptra reponis/

¶ Exclamatiu⁹ siue admiratiu⁹ est qui admirationē cū exclamatione significat: et ponitur in supiori parte linee cū virgula eleuata sic: proh deū fidē/qđ est cōmune. si hec nō est/radeon quemq; infelicē/vt ego sum/

¶ Semipūctus siue ꝑnectiu⁹ est virgula q̄ in fine linee ponitur cū dictio iperfecta ē cuius pars in sequentē lineā trāsit. et sic depingitur:

¶ Parēthesis est interpositio/siue inclusio vni⁹ clausule intra aliā qua e medio remota/sensus tamē pstat integer ⁊ pfect⁹/⁊ duab⁹ virgulis connexis (quasi semicirculis) cōcludi solet hoc modo. Eneas (neq; eni patrius consistere mentē passus amor) rapidum ad naues premittit achatem.

De metris.

Ceiunctura pedum numero finita modoqz
Metrum vel carmen: veluti finit diomedes.

¶ Metrū siue carmē (vt diomedes diffinit) est pedum iūctura nūero modoqz finita. Uel metrū est cōpositio pedū ordine statuto decurrēs modos/positiones/sublationesqz ꝑseruās: differt metrū a rithmo (vt idē asserit): q̄ metrum certa qualitate ac nūero syllabarū tēporūqz finitur: certisqz pedib⁹ cōsistit ac claudit. Rithm⁹ aūt tēporū ac syllabarū pedūqz ꝑgruētis in infinitū multiplicatur ac profluit.

De metri accidentibus.

Ista decem spectant ad metrum pes/locus/ordo.
Cesura/ac mensura/et depositura/figura.
Appellatio vel nomen/species/genus adde.

¶ Metro accidūt decē: pes/locus/ordo/cesura/mēsura/depositio/nomē siue appellatio/figura/genus/ꝛ species.

Diffinitio pedis.

Pes metri est in quo vel syllaba bina reposta
Uel plures: spacio certo comprenditur apte

¶ Pes (eiusdē testimonio) est duarū pluriūue syllabarū certo spacio comprehensio.

Pedum numerus.

Uiginti octo pedes metri sunt (teste perotto)
Pyrrhichius/spōdeus/vel iambus/sicqz trocheus.
Dactilus/et tribrachus/anapestus/iunge molossū
Amphimacrus/sic amphibrach⁹/vel bacchi⁹/anti
Bacchius/et dispondeus/proceleumaticusqz.
Sic antipastusqz/diambus/vel coriambus.
Digztrocheus/ionicus minor ꝫ maior ionicus pes.
Jis peon primus: iungatur sicqz secundus/
Et ternus/quartus: totidem iunges epytritus.

¶ Pedes metri (autore perotto) sunt octo et viginti nūero: videlz pyrrhichius/spōdeus/iāb⁹/troche⁹/Tribrach⁹/molos⁹/anapest⁹/dactilus/amphibrach⁹/amphimacrus/bacchi⁹/antibacchi⁹/,pceleumatic⁹/dispond⁹/disāb⁹/ditroche⁹/antipastus/coriāb⁹/ionicus maior/ionic⁹ minor/epytrit⁹ ꝑmus/epytritus scōs/epytritus tertius/epytrit⁹ quartus: peon primus/peon scōs/peon tertius/peon quartus.

Pedum diuisio.

¶ Pedū alij simplices dicūtur alij duplices/alij hetcroplici. simplices pedes sunt illi q̄ sine alteri⁹ admixtiōe in ꝓsu gradiūtur. simpliciū alij bissyllabi/alij trissyllabi

Simplices pedes bissyllabi sunt quatuor.

Pyrrhichius/spõdeus/iambus/trocheus.

Pyrrhichium ex breuibus faciet bissyllaba binis.
Spondeum ex binis faciet bissyllaba longis.
Syllaba longa breui subiecta vocatur iambus.
Ex longa atq; breui pes dicitur esse trocheus.

¶ Pyrrhichi⁹ q̄ ꝛ pi⁹ iambus dibrachus bibreuis vel egeon grece dr: cõstat ex duab⁹ breuib⁹ tẽpoꝝ duoꝝ: vt de⁹. ante eni breuis quã longa syllaba repta est: vt pri⁹ vnũ q̄ duo. Ideo aũt pyrrhichi⁹ dict⁹ est ꝓpter pyrrhichiã: qr breuẽ syllabã ꝓferentes spm̃ arctiorẽ labris cõcurrẽtib⁹ explicam⁹: q̄ cõpositio hmõi modulationis pyrrhichie cõuenit/vel a pyrrho achillis filio/q̄ crebris et citis modulationib⁹ bis breuiter ꝓminentẽ clipeũ genib⁹ incũbens ꝛ p hũc terroꝛẽ hostib⁹ imittẽs inferebat. ¶ Cũ ergo gradus vult breuiter accedentis ostẽtare mobilẽ decursionẽ pyrrhichio pede cõmentus est. Et ideo metrũ pyrrhichiũ a pyrrho repertũ ꝛ illustratũ cognominauit: sed ipse pedũ mobilitate qõ tripudiãs ꝛ sineſias etiã cognoiar⁹/vel qr primꝰ victoria potius/eo gñe metri laudatus est. Uel a gradiuo bellone filio: q̄ cũ p montes ꝛ difficilia colliũ cõcitato cursu capre more viatores superaret: quotiẽs predatoria vice crasserẽt: huic pedi q̄ calore velocitatis tripudio mobilitatis apices flãmarum emularentur.

¶ Spõde⁹ huic ꝯtrari⁹: q̄ ꝯstat ex duabus lõgis/tẽpoꝝ quatuor. ꝛ hꝫ tres solutiões: solutꝫ eni l dactilũ/anapestũ/ꝛ pœleumaticũ. Dict⁹ ẽ aũt spõde⁹ apo tis spondis: hoc est alibatione vel sacrificio. Nã in tẽplis spõdaica carmina ꝓponebãt ne libantes sonũ abhominose vocis audirẽt/vel ex duabus lõgis melodijs: quasi duplicib⁹ ꝛ ingib⁹ vocib⁹ ꝓspera deoꝝ volũtas firmaretur. Uñ et mima põpilius diuinare solitus/hũc pedẽ pontificiũ appellauit: cũq; solios minores eq̃s gressibus circulantes induceret/ spondaico melo: patrios placabat indigetes.

¶ Iambus/daunius/vel gradarius: versu maledico habilis: ꝯstat ex breui ꝛ lõga/ tẽpoꝝ triũ: vt dies. dictus ẽ aũt iãbus para to iãbizin hoc est a cõtumelia: q̄ maledicti hoc gñe carminis vtebãtur. Uel a iãba puella q̄ turpiter hoc carmine lacerata: atq; omni gñe cõuicijs effecta: laqẽo vita sibi cõscuit: vel a iãba niobes ancilla q̄ cerere dolore rapte ꝓserpinã cruciatã: apudq; heraꝫ suã in attica hospitã: hoc carmine laudauit. Uel ꝺr iãbus quasi iãbos a triũphatore libero: q̄ hoc carmine laudar⁹ est. Uel para to ballin tonion: hoc est a teli iaculatiõe: vñ et marti dicatus ẽ q̄ cũ crebro pugnas iniret/telũ cũ clamore torq̃bat: vñ et breui ꝛ lõga syllaba cõstat. Nã hi q̄ iaculãtur: breui accessu in extẽsum passum ꝓferũtur: vt fortiori nixu telũ ꝓfirmẽt. Uñ ꝛ ꝓsci apuli hũc pedẽ dauntũ a duce daunio appellarũt. Qũ ios p̃mis aduersus Diomedẽ bellũ gerẽs: gladiali pugna duos dimicare instituit: vt collato pede: assequẽte paulatim dextro/distẽtoq; ꝛ pgrediẽte sinistro: breui successu ꝛ lõgo distẽtu/gradus simꝫ ꝛ visus firmaret: hãcq; gradiariã pugnã appellauit gradiuo marti dicatã

¶ Trocheus/rutilus/vel chorus. ꝯstat ex lõga ꝛ breui tẽpoꝝ triũ: vt rhoma: dictus est aũt trocheus apo totrochu hoc est a ratione: nã eius modulatio metroꝝ ꝓpositioni apta est q̄ rotatim ꝛ volubiliter incedũt. Uꝝ fm musicos ocioꝛi melo ex rotesitu et volubili modo rithmis aptus sit. Uel para to trocheín: hoc ẽ discursu p metaphorã decurrẽtiũ supne lapidum q̄ currere ambulãtes cogebãt. Uel q̄ currentes saltãtesq; circa aras in sacrificijs deoꝝ hoc carmine vtebãtur. Uel qr decursionib⁹ aptus sit. Nam q̄ in bello laborãt quotiẽs amissos ordines reparãt ꝛ ex lõgo ꝛ dispso ambitu: in breuẽ ꝛ arctũ orbẽ cogũtur: vñ Aurũci hunc pedem rutilũ appellauere q̄ cũ aciẽ ꝯstituerẽt ꝛ platis pedibus vestigia sisterẽt: ac scuta brachijs ꝓtẽderent breuiterq; dextris succedẽtibus pedibus vestigia sisterẽt: reductis manibus ingẽti clamore: q̄ vibrauerãt telꝫ iaciebant. Quidã aũt hũc pedẽ mercurio dicatũ volunt q̄ ꝓcipiti festinatione: ꝛ impetu longo in breuẽ gressum finire videtur.

Simplices pedes trissyllabi octo.

Ex ternis longis debet constare molossus
Ex breuibus ternis tribrachus pes dicitur esse
Binis de breuibus constat longaq; anapestus
Dactilus ex longa constat breuibusq; duabus.

¶ Tribrachꝰ/tribreuis/bracchisyllabus/pigmō/vt choreꝰ:ꝓstat ex tribꝰ breuibus a q̄bus nomē accepit:tēpoꝝ triū:vt helena. Eius eni cōpositio choreis cōuenit.

¶ Molossus/vertūnus/ertēsipes/hilpius/vel cautus:ꝓstat ex tribꝰ lōgis:tēporū sex vt eneas. Dictus est aūt molossus:q; molossi ad bellū ꝓcedētes huius moderata cō positione vtebantur. Uel q; hoc pede ꝓstabāt ode q̄ in tēplo iouis canebātur in memoriam molossi filij pyrrhi ⁊ andromedes a quo festa molossa dicta sunt. dictus est quoq; hyppius apo tu ipu. hoc est ab eqs:q; equestri pede ꝓueniēs apta compositio ne modulabatur.

¶ Anapestꝰ vel antidactilus ꝓstat ex duabꝰ breuibꝰ ⁊ lōga tēpoꝝ q̄tuor:vt nebule. dicꝰ aūt anapestꝰ recurrēdo repercutiēs dactilū sono reciproco obliquitur per antistrophen.

¶ Dactilus vel politicus ꝓstat ex lōga ⁊ duabꝰ breuibus:tēpoꝝ quatuor:vt romulus. dictus est aūt dactilus apo tu dactilu trāslatiōe ūctuarū.q̄ in digito sunt. Nā quemadmodū in digito longiorem primū articulū:sequentes vero breuiores habemus:ita dactilus primā productā habet:sequentes vero breues. Uꝫ a tractu digitorum qui ad exprimendam organi modulationem affectātur. Uel a dactilis ideis: q̄ exoptis thee in ideo mōte crete manuū impressione natiuitatē custodiēda:ne vagitu se parentes ꝓderet:lusus excogitato q̄ ne clipeolis eneis inter se cōcurrebant ⁊ tinnitu eris rithmica metra dactili pedis compositione personantis:infantis vocem celauere.

Amphimacrus binis longis mediaq; breui fit
Amphibrachus breuibus binis longa ꝫ media fit
Bacchius ex prima curta est longisq; duabus
Antibacchius ex binis longis quoq; curta.

¶ Amphibrachus genus amphibreuis:vel scolius cōstat ex breui ⁊ lōga. ⁊ breui tēporum quatuor:vt carina. dictus est ab amphi ⁊ brachos .i. duabꝰ breuibꝰ quibꝰ ab vtraq; parte lōga cōplectitur. dicꝰ est quoq; scolius q; scolio:cytharespeciei accommodatus est.

¶ Amphimacrus/mēsalis/fescētinꝰ/vel creticꝰ:ꝓstat ex lōga et breui:⁊ longa tēporū quinq;: vt littere. dicꝰ aūt amphimacrꝰ:q; breuis syllaba intra duas lōgas cōplectitur:dictus est etiā creticus:q; cretes saltātes eius rithmica ꝓpōne vtebātur

¶ Bacchius/oenotrius/tripodius/saltās. vel ptābus ꝓstat ex breui et duabus longis tēporū q̄nq;:vt athene. dictus aūt bacchius apo tis bacchis: q; a bacchantibus ꝓuenienter cōponebātur:vel q; ditirambicorū carmē:qō in honore dionisij qui bacchus dr fieri solebat:magna ex parte hmōi pedibus constabat.

¶ Palymbacchiꝰ/latius/saturnus/antibacchius/ꝓponticus/vel theseleus constat ex duabus longis ⁊ breui tēporū q̄nq;. dicꝰ aūt palymbacchius para to palimbacchion:q; illi cōtrarius sit.

Duplices pedes sedecim.

¶ Duplices pedes sunt illi qui ex dissyllabarum cōbinatione conficiuntur.

Pes proceleumaticus de binis pirrhichiis fit
Est dispondeus de spondeis quoq; binis

Ex binis iambis pes dicitur esse diambus
Dicꝫ trocheus fertur de binis esse trocheis
Est antipastus factus iambo atqꝫ trocheo
Decꝫ trocheo et iambo conficitur choriambus
Fit ionicus maiꝛ spondeo pyrrhichioqꝫ
Pyrrhichio sic spondeo minoꝛ: et ionicus fit
Iambo et spodeo primũ facies epytritum
Inde trocheus spondeus epitritũ dantqꝫ secundum
Spodeo ⁊ iambo: sed tertius esto epitritus
Spondeus atqꝫ trocheus quartũ faciũt epytritũ.
Peon fit primus trocheo pyrrhichioqꝫ.
Ex iambo cũ pyrrhichio peonqꝫ secundus
Tertius et peon fit pyrrhichio atqꝫ trocheo
Pyrrhichio et iambo fiet peon quoqꝫ quartus

¶ Proceleumaticus cõstat ex duob⁹ pyrrhichijs: hoc est quatuor syllabis breuib⁹ tẽpoꝛ quatuoꝛ: vt abiete. dict⁹ aũt proceleumatic⁹ para to pcelein: hoc est ab hoꝛtatione ⁊ iussu nautico ad quẽ ob celeritatẽ aptissimus videtur.

¶ Dispõde⁹ ꝓstat ex duob⁹ spõdeis: hoc est ex quatuoꝛ syllabis lõgis: tẽpoꝛ octoꝛ: vt oratoꝛes. dict⁹ a dyo qõ est duo ⁊ spondeus.

¶ Diãb⁹ ꝓstat ex duobus iãbis: hoc est ex breui et lõga ⁊ breui ⁊ lõga/ tẽpoꝛ sex. dictus diãbus q⁹ duplici iãbo ꝓstat: vt propinquitas.

¶ Ditrochꝰ/ dichorus/ catatrochꝰ/ ꝓstat ex duob⁹ trocheis: hoc est ex lõga ⁊ breui longa ⁊ breui tẽpoꝛ sex: vt cãtilena. dict⁹ ditrocheus: q⁹ duplici trocheo constat.

¶ Antipast⁹ ꝓstat ex iãbo ⁊ trocheo: hoc est ex breui ⁊ duab⁹ lõgis ⁊ breui: temporũ sex: vt alexander. dict⁹ aũt antipast⁹ para to pcelein: quia iãbus ⁊ trocheus ex quibus cõponitur sunt contrarij.

¶ Coriamb⁹ ꝓstat ex trocheo ⁊ iãbo: hoc ẽ ex lõga ⁊ duabus breuibus ⁊ lõga tẽporũ sex: vt nobilitas. dict⁹ coriãb⁹ ꝙ q⁹ choro. i. trocheo ⁊ iãbo cõponitur / vel q⁹ in chorijs apud veteres celebratissimus fuerit.

¶ Jonic⁹ a minoꝛe ꝓstat a pyrrhichio ⁊ spõdeo: hoc est ex duabus breuib⁹ ⁊ duab⁹ lõgis/ tẽpoꝛ sex: vt diomedes. dict⁹ ionic⁹ q⁹ abionib⁹ inuentus est vel q⁹ apud illos in vsu frequenti fuit.

¶ Jonic⁹ a maioꝛe ꝓstat ex spõdeo ⁊ pyrrhichio: hoc est ex duab⁹ longis / ⁊ duabus breuibus tẽporũ sex: vt demetrius.

¶ Epytritus vel hyppius ꝑmus cõstat ex iãbo ⁊ spondeo: hoc est ex breui ⁊ trib⁹ lõgis/ tẽpoꝛ septẽ: vt Capenates. dict⁹ epytritus: qñ hic pes ex spondeo ꝓstat ꝙ quatuoꝛ habet tẽpoꝛa ⁊ iãbo vel trocheo ꝙ habent tñ tria. Quaternarius vero nũerus ad ternariũ relat⁹ sesqtertiã ꝓportionẽ facit: q̃ grece epytritos nominatur.

¶ Epitrit⁹ vel hyppius scõs ꝓstat ex trocheo ⁊ iãbo: hoc est ex lõga/ breui/ ⁊ duabus lõgis tẽpoꝛ septẽ: vt conditores.

¶ Epitrit⁹ vel hyppius tertiꝰ ꝓstat ex spõdeo ⁊ iãbo: hoc est ex duab⁹ lõgis/ breui/ ⁊ lõga: tẽpoꝛ septẽ: vt discordie.

¶ Epitritus vel hyppi⁹ quart⁹ cõstat ex spõdeo ⁊ trocheo: hoc est ex tribus lõgis et breui tẽpoꝛ septem: vt constantinus.

¶ Peon prim⁹ ꝓstat ex trocheo ⁊ pyrrhichio: hoc est ex lõga ⁊ tribus breuibus tẽpoꝛibus q̃nqꝫ: vt Stesichorus. dictus aũt peon ab inuẽtoris nomine.

vel q hoc metro apollinis laudes canebantur: quas peanas vocant.
¶ Peon scōs constat ex iambo et pyrrhichio: hoc est ex breui/longa/ & duab⁹ breuibus tempor quinq: vt Colonia.
¶ Peon tertius cōstat ex pyrrhichio et trocheo: hoc est ex duabus breuib⁹/longa/et breui temporum quinq: vt referamus.
Peō ārt⁹ ꝓstat ex pyrrhichio & iābo: hoc ē ex trib⁹ bre. & lōga tpor qnq: vt celeritas
¶ Heteroplici pedes sunt illi q ex variorū pedū ꝓbinatiōe ꝓficiūtur & diuidūt in pētasyllabos & hexasyllabos. Pētasyllabi (vt scribit diomedes) sunt duo & trigita/hexasyllaba vero sexaginta quatuor: sed qr i vsu frequēti nō sunt: & iuniores resoluūtur de his meminisse hic non decreuim⁹: igit q eos noscere cupit diomedē consulat.

Cesura.

Est finis vocū in versu cesura decorus
Cuius sex species: pentimemeris/catatriton.
His heptimemerim/iungas tetrapodiamq.
Bucolicen/sic spondeon/catalecticon addas.

¶ Cesura metri est sectio & decora vocū terminatio in versuū medio vel post medium notata. Cesura siue sectio metri in sex species est diuisa: in pētimemerim/catatritō/heptimemerim/tetrapodiā/catalecticon/spondeon/& bucoliceu.

Pentimemeris.

Quando pedes binos/partem complens rationis
Syllaba subsequitur/pentimemeris vocitatur

¶ Pētimemeris/siue semiqnaria est cū post duos pedes seqtur syllaba partē oratiōis ꝓplectens: vt Arma vi/rūq ca/no: habet ex quinq dimidiū.

Catatriton.

Tertia fit trochica aut catatriton qñ trocheus
In pede fit terno/partem claudens rationis.

¶ Catatriton vel tertia trochica est: quū finita parte oōnis tertiū trocheū ponit: vt Nil no/stri mise/rere.

Heptimemeris.

Est heptimemeris comitatur syllaba abundans
Quando pedes ternos/partem claudens rationis.

¶ Heptimemeris/vel semiseptenaria/est cū post tres pedes & vnā syllabā pars oōnis explet̄: vt Itali/am fa/to ꝓfu/gus.

Tetrapodia.

Quando pedes sequitur post ternos forte trocheus
Dic tetrapodiam: partem complens rationis.

¶ Tetrapodia/vel quarta trochica est quū post tres pedes & vnā syllabā pars oratiōis finit̄: vt Sepeli/nistra ca/na pre/dixit ab/ulice comix.

Catalecticon.

Spondeon catalecticon est: partem rationis
Explēs: quādo pedes post tres spondeus comitatur

¶ Catalecticon spōdeon: vel quarta spōdaica est cū post tres pedes inuenitur spō deus partem finiens rationis: vt alba/inq; pa/tres at/q; alta.

¶ Buccolice.

Quando pedē quartum comitatur syllaba abūdās
Que complet partem rationis: vel pede quarto
Dactilus est positus/tu hāc buccolicen vocitabis

¶ Buccolice est quū post quatuor pedes syllaba superat in partē oronis desinēs: vt Non om/nes ar/busta iu/uāt humi/les. vel cū in quarto pede dactilū ponimus par tem orationis finientē. vt Nos patri/e fi/nes q̄/dulcia.

¶ Locus.

In versu primus ternus quintus locus impar
Fertur: par quartus sextus locus atq; secundus

¶ Loca in versu: alia paria/alia ꝯo imparia dicūtur. Imparia loca sunt prim⁹ ter tius/et quintus. Paria aūt sunt secundus/quartus/q̄ sextus. q̄ sic deinceps.

¶ Ordo.

Est ordo membri cuiuslibet dispositura
Quatuor has cuius species dicas: monocolon atq;
Distrophon q̄ dicolon: dicolon tetrastrophō addas
Quartam dic speciem tricolon tetrastrophon esse

¶ Ordo est mēbri cuiusq; dispositio i versu: cuius species sunt quatuor. Nā carmi nū aliud est monocolon/aliud dicolon distrophon / aliud dicolon tetrastrophon/aliu d tricolon tetrastrophon.

Monocolon carmen.

Unius generis carmen dicas monocolon esse.

¶ Monocolon carmē est illud qđ vbiq; est vniforme: vt prima ode flacci / q̄ascdep ig deo carmine est cōposita: vt

Eneas atanis edite regibus

Distrophon q̄ dicolon carmē generū esto duorum
Quando post versum est replicatio quēq; secūdū.

¶ Dicolon distrophon est illud carmē qđ duobus generibus versuū cōstat a secundo facta replicatione: quale est illud horatianum.

Laudabunt alij clarā rhodon aut mitylenē.
Aut ephesum bimarisue corinthi
Moenia: vel baccho thebas: apolline delphos
Insignes: aut thessela tempe

¶ Qđ carmē cōstat primo heroico/scdo falisco/tertio iterū heroico.

Binorum generum dicolon tetrastrophon esto
Quando post quartū quēq; est replicatio versum.

¶ Tricolon tetrastrophon carmē est illud qđ duob⁹ generibus versuum constet post quartū quēq; versum facta replicatione: quale est illud horatianum.

Jam satis terris nuuis atq; dire
Grandinis misit pater et rubente
Dextra sacras iaculatus arces
Terruit vrbem.

¶ Qđ metrū cōstat trib⁹ primis sapphicis endecasyllabis ⁊ quarto adonio dimetro ab eo facta replicatione iterum ad sapphicum.

Ternorum generum tricolon tetrastrophon esto
Quando post ternum quēq; est replicatio versum

¶ Tricolon tetrastrophon est illud: qđ tribus generibus versuū cōstet: ḡū post quartū quēq; versum facta est replicatio: quale est illud horatianū.

Quis multa gratis te puer in rosa
Perfusis liquidis vrget odoribus
Grato pyrrha sub antro
Cui flauam religas comam

¶ Qđ metrū cōstat duobus primis asclepiadeis/tertio pheritratio/ q̄rto glyconio ab eo facta replicatione. Jterū ad asclepiadeos.

Mensura.

Conueniens metri mensura pedum numerus sit
Certis preceptis quem constituere poete

¶ Mensura metri est debitus pedum nūerus: ſm poete regulas ordinatus.

Mensure species monometrū dic dimetrumq;
Tetrametrū/trimetrū/sic pēthametrū/hexametrūq;

¶ Mēſura metri in sex partes est diuisa. Nā carminū aliud est monometrū / aliud dimetrū/aliud trimetrū/aliud tetrametrū / aliud pēthametrū / aliud hexametrū.

Uno quod constat pede carmen dic monometrum
Quod binis constat pedibus carmen dimetrum sit.
Nō tribus ex pedibus constat carmē trimetrū dic.
Quatuor ex pedibus quod constat tetrametrum sit
Pentametrū est carmen quod quinq; pedes tenet i se
Hexametrum carmen dic quod senis pedibus sit

¶ Monometrū carmē est illud qđ vnico pede constat: vt illud ionicū. a minore diomedes.

¶ Dimetrū carmē est illud qđ duob⁹ pedibus cōstat: vt illud ionicum a minore. Sapientes amor odit.

¶ Trimetrū carmē est illud qđ tribus pedibus ꝓstat: vt illud dactilicū simonidium Jnduc pallia serica.

¶ Tetrametrū carmē est illud qđ quatuor pedibus ꝓstat: vt illd dactilicū alcmanium. vir decens cumulans reliquas tibi.

¶ Pēthametrū carmē est illud qđ quinq; pedib⁹ cōstat: vt illud elegiacū Ouidianum nec est sollicite plena timoris amor.

¶ Hexametrū carmē ē illud qđ sex pedib⁹ cōstat: vt illud heroicū virgilianū. Nate mee vires mea magna potentia solus.

Annotatio.

In metris iambis anapestis siue troche⁹
Quod binis constat pedibus dicas monometrū
Quatuor ex pedibus constans dimetrū quoq; fert
Ex senis constans pedibus dicas trimetrumq;
Tetrametrum fertur pedibus quod conficis octo

¶ Illud tñ admonendū est q⁹ metra iambica/trochaica/⁊ anapestica duplicib⁹ pedib⁹ ꝓputātur ascendūtq; vsq; ad tetrametrū. Vñ monometrū iambicū dr qđ duobus pedibus cōstat: vt est illud Iambicū. Immo aliud qđ quatuor pedib⁹ cōstat dr dimetrū: vt est illud iambicū dimetrū flacci. Amice propugnacula. Trimetrū dr illud qđ ser ꝓstat pedib⁹. Quale est illud iambicū trimetrū. Ibis liburnis inter alta nauiū. Tetrametrū dr illud qđ octo pedib⁹ conficitur quo vtuntur comici.

Depositio.

Carminis est finis cuiuslibet depositura
Quatuor he cuius species: catalecticon atq;
Acatalecticon: hinc hyp ⁊ brachicatalecticon addas

¶ Depositio metri/est vniuscuiusq; carminis desmētia: q̄ circa finē attēditur: depositio metri est quadripartita. Nā carminū aliud est Cathalecticon/aliud acatalecticon/aliud hypercatalecticon/aliud brachicatalecticon.

Syllaba cui defit carmen catalecticon esto
Acatalecticon est fine id quod clauditur apto
Syllaba cui supersit sit hypercatalecticon illud
Cui defit pes/est brachicatalecticon illud.

¶ Catalecticon est illud qđ minus habet metrice cōstitutionis: nā illi vna tñ syllaba deficit/quale est istud senarium iambicum trimetrum. Mea recidet in domo lacunam.

¶ Acatalecticon est illud qđ apto ⁊ legitimo fine cōcluditur: integer singulorū metrorū existens. Quale est illud persianū. Nec fonte labra prolui caballino.

¶ Hypercatalecticon est illud qđ supra versus finē: vnā vel duas plurēve syllabas habet. Quale est illud hexametrum. Aut dulcis musti vulcano decoquit humorem

¶ Brachicatalecticon carmē est illud: cui vt perfectū sit deficit integer pes. quale ē illud. Aristophanū dimetrū. venit optima Calliope.

Appellatio.

Ipsis vnde fuit metris ob origine prima
Impositum nomen: dicta appellatio metri.

¶ Appellatio metri est qualitas: vnde ipsis metris a prima institutione nomē inditum fuit.

Metra acceperunt varie sua nomina: primo
A diis vt pythiū quibus hec sacrata fuerunt

Siue (vt pindaricū) de autorum nomine crebro
Siue loco (velut attellanū) quo canebantur
Siue a mensura: veluti dimetrum trimetrumq;
Siue pedum structura vt dactilicū trochicūq;
Nunc a fortuna inde elegyaca comica dicta
A numero interdum velut endecasyllaba cōstant

¶ Appellatio metri i septē partes est diuisa: nā metra aut a diis qb⁹ sunt dedicata appellantur vt pythiū: qđ apollini pythio est ꝓsecratū. Aut ab inuentoribus ⁊ poetis frequenter vtētibus. vt pyndaricū a pyndaro poeta/sapphicū a sappho muliere lesbia/simonidiū a simonide poeta.
Aut a locis vbi cani ꝓsueuerāt: vt Attellana ab attellis opido italie.
Aut a mensura: vt monometrum/dimetrum/trimetrum.
Aut a pedum structura: vt dactilicum/trochaicum.
Aut ab accidenti fortuna: vt elegyaca ab amorū miseria.
Aut a syllabarū nūero: vt endecasyllaba.

¶ Figura.

Est excusatum vitium ratione figura
Ornatus causa: primo metri ve reperta

¶ Figura (vt inqt Sulpitiꝰ) est vitiū ratione excusatū ⁊ ascribitur elegātie. Ornatꝰ metriue causa primo inuēta. Figurarū alie ꝓstructionis: alie locutionis/ alie dictionis: figure dictionis/nā alias q̄ hic pretereo sunt q̄ sub metaplasmo cōtinentur.
Metaplasmus (vt diffinit Diomedes) est trāspositio q̄dā recti solitiq; sermonis in alterā speciē: metri et decoris causa figurata. huiꝰ species sunt he. pthesis. Aphere sis. Epēthesis. Sincopa. Paragoge. Apocopa. Ectasis. Diastole. Sineresis. Diere sis. Ecliplis. Antithesis. Metathesis. Synalepha.

Littera cū vocis capiti: vel syllaba detur
Prothesis est: tollens hec fertur apheresis esse

¶ Prothesis est appositio littere vel syllabe pncipio dictionis. lre: vt in illo virgilia no. Turno gnatoq; patri: vbi gnato ꝑ nato posuit. Syllabe: vt alibi apud eundem Cōcitū tetuli gradū. vbi tetuli ꝑ tuli posuit. huic cōtraria est Apheresis q̄ est ablatio lre vl syllabe a principio dictionis. lre: vt in illo Virgiliano. Uela dabāt leti spumas salis ere ruebant. ꝓ eruebant. Syllabe: vt alibi apud eundē. Mortalia temnitis arma. tēnitis ꝑ cōtemnitis posuit.

Additur in medio vocis cum littera siue
Syllaba epenthesis est/his priuas sincopa fertur

¶ Epēthesis est additio littere vel syllabe in medio dictionis. littere: vt apō Virgt. Relliquias danaū ꝓ reliquias poslyt. syllabe: vt apō Horatiū. Fingere cinctutis ꝑ cinctꝫ. huic cōtraria est Sincopa q̄ est subtractio littere vl syllabe i medio dictionis: lre: vt in illo Virg. Audist eurotas: ꝑ audiuit. Syllabe: vt apud eundē. Una bouis q̄ deinde cadis onerarat aceſtes: ꝓ onerauerat.

Littera cum fini vocis: vel syllaba detur
Est paragoge: demens hec apocopa fertur

¶ Paragoge q̄ a q̄busdā ꝑparepsis ꝓ: est appositio lre vel syllabe in fine dictionis: vt apud Virgilium. Alacres admittier orant: ꝓ admitti. huic contraria est apocopa q̄ est ablatio lre vel syllabe a fine dictiōis. Lre: vt in illo Virg. Aut duri miles vlixi: ꝑ vlixis. Syllabe: vt apō Horatiū. o de sacra culpa deterrere ingeni: ꝑ ingeniꝫ

Syllaba que breuis est longam facit ectasis ipam
Systola productā contra facit abbreuiari

¶ Ectasis que et diastole dr est extēsio siue productio syllabe q̄ natura est breuis: vt i illo Virgiliano. Italiā fato profug⁹. huic cōtraria est systole q̄ syllabā natura longā breuiat: vt in illo virgiliano. Obstupui steterunt q comę: vbi penultimā in steterūt cōtra naturā corripuit: sed huiusmodi licentiā vitare tanq̄ a scopulo debemus.

Syllaba de binis cōflata synęresis esse
Fertur: et in binas diuisa dięresis vna

¶ Synęresis q̄ a quibusdā epysinalepha dr est cōflatio siue ꝯglutinatio duarū syllabarū in vnā: vt in illo virgiliano. Fixerat ęripedē cerua: scādendo proterendū est eripedem. Symphonesis q̄ a synęresis dici potest est cū duas syllabas scandēdo in vnā coemit. Symphonesis in q̄q partes est diuisa. Prima cū dictionē in vocalē vel m/finiens sequitur dictio a vocali incipiens: tūc eni illud m/cū vocali precunte abiicitur: vt sui pri⁹ est dictū. Secūda est: cū in eadē dictione due syllabe longe pro vna longa ponuntur: vt in illo heroico. Unius ob noxam furias a tacis osset: o ni pnunciari debet. Tertia est quū in eadē dictione due syllabe breues p vna breui ponūtur: vt i illo heroico. Cornua velatarū obuertim⁹ antēnarū. Quarta cū in eadē dictione longa et breuis syllaba p vna longa ponūtur: vt in illo heroico. Fixerat ęripedē cerua. in scāsione eripedē pnuncies. Quinta cū breuis q longa syllaba/p longa ponūtur: vt in illo heroico. Aurea dependēt lichnia quercubus aureis. aureis scandendo pronuncies: huic cōtraria est dięresis q̄ est dissolutio vnius syllabe in duas: vt in illo Virgiliano. Aulai in medio: pro aule. Idem alibi. Uestis pictai: pro picte.

¶ Annotatio.

J simul u sunt consona quando: dięresis illa
Ambo in vocales aliquando soluere possit

¶ J et v q̄n sita sunt vt cōsonātes: aliq̄n in vocales solui possunt p dięresim: vt in illo virgiliano. Arma virū tabulęq troia gaza p undas. vbi troia trisyllabū protulit. Siī. vt in illo Ouidiano. Te quoq nunc soluo persolutā a mihi.

Subtrahit ecthlipsis cum vocali precunte
M/quando incipit a vocali dictio sectans

¶ Ecthlipsis est elisio siue subtractio huius cōsonātis m cū precedēte vocali. Et hoc quotiens dictio in m/precedēte vocali desinit: q sequēs dictio a vocali incipit: vt i illo Virgiliano. Littora multum ille et terris iactatus q alto: q̄ sic scandi debet. Littora/multū/let ter/ris iac/tatus et/alto.

Uocalem vocis de fine aufert synalepha
Quando a vocali comitans vox incipiatur.

¶ Synalepha est ablatio q cōpressio vocalis a fine dictionis quotiēs sequēs dictio ab alia vocali incipit: vt apud Horatiū. Certat ter geminis tollere honoribus.

Cum postponatur que anteiret littera/fertur
Esse metathesis: vt meleagre loco meleager

¶ Metathesis est trāspositio lr̄e preposterā/cū lr̄a que preponi deberet postponit: vt i illo Virgiliano p. At tibi tymbre caput eu andrius abstulit ensis. Ouidius. Agnoscens in me frater meleagre sororem.

Dicitur antitheśis/cum littera ponitur vna
Pro altera: queq̄ potest antistechon bene dici

whittin. de accentu. B. i.

¶ Antithesis est positio vnius littere pro alia: que etiã antilechon ꝺr: vt in illo Virgiliano. Olli pro illi: de ceteris memorabilis infra.

¶ De generibus metrorũ inferius manifestabimus.

¶ Expositis iam syllabarũ quãtitatibus: necnõ earũ accentib⁹ ac pũctuandi modis: q̃ tam ad solutã ꝙ pedestrẽ orationẽ pertinere videantur. Necnõ metro q̃ eius mẽbris nũc ad diuersa metrorũ q̃ carminũ genera iter est aggrediendũ Et ꝓmo de illo carminis ghe: qꝺ vtilius q̃ frequẽtius/grauius/et prestãtius inter cetera ducitur.

¶ Genus

¶ Genus metri est terminus vniuocus multas sub se versũ veritates ꝓtinẽs specie differẽtes: que inferius cõplectuntur.

¶ Carmen heroicũ hexametrũ.

Heroum hexametrum carmen loca sex tenet in se.
Dactilus expolcit quintum/spondeus sibi sextũ.
Holq̃ locis reliquis cõmunes ponere possis

¶ Heroicũ carmẽ hexametrũ dactilicũ: dictũ et olimpithiũ/sex loca siue sedes in se cõtinet et duobus (vt sulpitio placuit) legittimis pedibus cõficitur: sex dactilo/et spondeo. His duobus pedibus aliqui loci sunt proprij/alij aũt cõmunes. Quintũ vero locũ dactilus/sextũ spondeus sibi vendicat. Reliqui aũt loci his pedibus sunt cõmunes. et sic scãditur siue modulatur carmẽ heroicũ. Arma vi/rũq̃ ca/no troi/e q̃/primus ab/oris heroicũ ꝺr: qm̃ poetarũ princeps homerus: ceteriq̃ demceps cõsecutus heroũ (hoc est illustriũ virorũ) gesta: hoc carminis ghe scripserũt: ꝺr etiã hexametrũ / q̃ sex locis siue sedibus consteꝛ. ꝺr insuper dactilicũ: q̃ hoc precipue ꝓstet pede: sicut a iambo iambicũ Et ante homerũ et atẽ pithiũ dicebat: q̃ apollinis pithij oracula hoc metro reddi cõsueuerant. Uel q̃ apollo cum pythona serpentem Delphis propter vltionem matris necasset: accole primũ in eꝰ honorẽ hoc carmẽ cõtexuerunt. Exinde heroũ laudibus describẽdis aptissimũ. Quo ghe carminis preter ceteros vsi sunt poete latini. Lucretius Ennius. Uirgilius olim facile princeps. Naso. horatius. Catullus. propertius. Tibullus. Statius. Papinius. Iuuenales. Ausonius. Marcialis. Silius italicus. Et hi er gentibus omnes. Ex nostris vero xpianis. Iuuencus. Arator. Prosper. Sedulius. Prudẽtius. Sidonius. Fortunatus. Architrenius. Frãciscus petrarcha. Babtista mãtuanus q̃ Remacius florentas. suscepit etiã hoc carmẽ alios pedes: sed raruis idq̃ poetica licẽtia: vt trocheũ/proceleumaticũ/anapestũ/iambũ/tribrachum: vt manifestant carmina sequentia.

¶ Caruen elegiacũ pentametrum.

In se pentametrũ carmen loca quinq̃ tenebit
Dactilus et spondeus cõmunes suntq̃ duobus
Primis: semipedẽ debes quibus addere longũ
(vt vult sulpitius) penthumemerim voritatum
Dactilicos binos poscunt duo posteriora
Semipede adiecto: qui iunctus superiori
Semipedi: quinto spondeũ conficit apte

¶ Carmẽ elegiacũ pentametrum (autore diomede) est qđ hexametro: versu pẽtametroq; admixtis positis ꝓficitur: vt illud ouidianũ. Hanc tua penelopen lẽti tibi mittit vlixes. Nũl mihi rescribas attamẽ ipse veni. Elegiacũ (teste perotto) hexametro ita cõnexũ est: vt nũq; sine eo positũ reperiatur. ỹñ quidã vnũ carmẽ illud eẽ voluerũt vndecim pedũ. Elegia dicta siue a lugẽdis mortuis: defunctoꝝ enim laudes hoc carmine describi ꝓsueuerãt. sine elegia dicta ab eios grece hoc est miseratione: qđ tyrrheni greciq; elegias illo carmine scripsitarũt: cui opinioni ꝓsentire videtur horatius ad albiũ tibullũ elegiarũ autorẽ scribẽs: q ab ea (qua diximus miseratiõe) elegos miserabiles dicit hoc modo. heu miserabiles decãtes elegos. Idẽ in arte. Uersibus impariter iunctis querimonia primũ. Post etiã inclusa est voti sententia cõpos. de inuẽtore huius carminis dubitatur: vt idẽ asserit horatius sic. Quis tñ exiguos elegos emiserit autor. Grãmatici certãt. adhuc sub iudice lis est. hoc tñ carminis gñe scripserãt apud romanos. Propertius / Tibullus / et gallus imitati grecos: scz Callimachũ et euphorionẽ. Cõtinet aũt hoc carmẽ qnq; loca in se et duob⁹ pedib⁹ (vt sulpitio placuit) ꝓficitur: scz dactilo et spõdeo. recipit in primo et scõo loco indifferẽter spondeũ vl dactilũ. Deinde pẽtimemeri: hoc est syllabã superãtẽ / q̃ vel natura vel positione lõga esse debet / deinde duos dactilos: postremo syllabã superãtẽ: lõgã vel breuẽ: q̃ cũ semipede pfectũ pedẽ efficit. Et sic scandi debet. Nũl mihi rescri / bas: attamẽ / ipse veni.

Annotationes.

Carminis herametri quinto quandoq; pocte
Spondeũ ponũt: ꝓcceleumaticumq; licenter
Et ꝓ spondeo sexto dant leps trocheum
Sed vetat heroo claudũ miscere trocheum
Sulpitius / cõmunis erit namq; vltima semper
Syllaba sicq; docet Fabius / sic Tullius inquit.

¶ Illud non est pretereundũ. Spondeũ q̃q; in q̃nto loco ꝓ dactilo a poetis licenter vsurpari: vt apud Persiũ. Et costã lõgo subducimus appẽnino. Interdũ etiam ꝓceleumaticꝰ in q̃nto ꝓ dactilo vsurpatur: vt apud Uirgilũ. Titere pascẽtes a flumine reijce capellas. Aliq̃n in sexto (vt quibusdã placet) ponitur trocheus ꝓ spondeo / vt apud Uirg. Laocoon ardens summo decurrit ab arce. Illud tñ vetat Sulpitius. Ultima enim syllaba semper est indifferens.

Ponitur interdũ primo ꝓceleumaticus pes
Et quamuis raro sibi vendicat hunc anapestus

¶ Ꝓceleumaticꝰ interdũ in ꝓmo loco ponitur apud poetas: vt apud Lucretium. Tenui cauata oculi caua tẽpora frigida pellis. Quẽ locũ vẽdicat (licet raro) anapestus: vt apud Uirg. Fluuiorũ rex eridanus terrasq; lacẽtes.

Carminis heroi terno quartoq; licenter
Ponit iambum vel tribrachum q̃q; poeta

¶ Nonnũq; in tertio et quarto loco iambum pedẽ et tribrachũ (quãuis licẽtiose) admittit poeta: vt in illo Eneidos nono. Terga fatigamus hasta nec tarda senectus. Idẽ in quarto pede. Ostendens artem pariter arcumq; sonantem.

Scũ ꝓiuncta vocali cedere fine
Debes: a sola a vocis sic fronte aliquando.

¶ Si littera finalis cũ pcedẽte vocali aliq̃n ceditur in hexametro: vt in illo Uirgilia. Int se coijsse viros et discernẽ ferro: scãdẽdo yiret ꝓnũcies ꝓ yiros: et aliq̃n etiã sola

ceditur: vt in illo Lucretiano. Arboribꝰ veteres decidere falcibus ramos: scādendo ꝓferendū est falcibu ramos. Cediturnōnūq; a ꝓncipio dictionis: vt apud tibullum Opereat quicūq; viridesq; smaragdes: scādendo ꝓnūcies viridesq; maragdes: sed hmōi iūcture cū rare fuerint prorius sunt vitande.

Carmen cum incipiat vel ab o/vocali alia ve.
Que per se vox est perfecta: ⁊ dictio sectans
Incipit a vocali/tum est subtraxio nulla.

¶Qñ carmē hexametrū aut aliud qđuis incipit ab o/vel alia vocali q̄ ꝑ se perfectā vocem et partem orationis ꝓficit et sequens dictio a vocali icipit: tūc nulla erit subtraxio aut elisio: vt apud Tibullū. O ego ne possē tales sentire dolores. ⁊ apō Ouidium. O vtinā tandem laccedemona classe petebat.

U post s/q/g/si vocalis comitetur
Litterule perdit vim: testes lingua/aqua/suauis.

¶U post g/q/s/sequēte vocali liquescit vim lre amittēs: vt in lingua/aqua/suauis: q̄ in scādēdo bisyllabe ꝓferūtur. Uir. Munera sunt lauriq; ⁊ suaue rubēs hyacinctus

Iis in icandendis vocalem cede ꝓiorem
Dij/dee/diis/iis/sic ee/pluralis et idem.
Isdē/dehinc/deinceps/huic/⁊ cui/deindeq;/ꝑinde
A desum ducta ⁊ vocali de comitante.

¶Subtrahit ꝓrior vocaliū in scansione harū dictionū dij/de/diis/iis/ii/ee/⁊ iisdē prali isdē/hinc/dehinc/deinceps/cui/deinde/ꝑinde: ⁊ deducta a desum q̄ties post de immediate sequit vocalis. Uirg. Dij deeq; oēs studiū q̄bus arua tueri. Idē alibi Idē vēturos tollemꝰ in astra nepotes. Idē i bucolicis. Experiar tu deinde iubeto certer amyntas. Lucanꝰ. Nō deest ꝓlato ieiunus vēditor auri. Iuuenalis. Dehinc da mone pari ꝓcurritur ⁊ vice celi. Horatius. Rede age q̄ deiceps risisti vibidinis duiu.

In fine hexametri supereſt cū syllaba abundans
Carmē hipermetrum est: que syllaba cesa sequenti.
Cum versu semper scādendo adiungitur apte
Semper hypermetrum vocalis finiet aut m.

¶Aliq̄n in fine carminis hexametri abūdat syllaba: qō vbi fit carmē dr hypmetrū. Et necesse ē carmē illud vel in vocalē vel in m/ām terminari: ⁊ sequēs carmē a vocali incipere: ⁊ syllaba in fine abūdās abscissa scādēdo capiti sequētis carminis annecti debet: vt in illo virgilia. Aut dulcis vulcano musti decoq̄t humorem. Et foliis vndā tepidi despumat aheni. Illa syllaba rem/in fine hexametri superās: cū principio sequētis carminis scādi debet. Aut dulcis vulcano musti decoq̄t humo Ret foliis vndam. ⁊c.

De varia hexametri compositione.

¶In hexametro ꝓponendo sextuplex ſm quosdā est varietas. hexametrū eni dactilicū appellāt: q̄ dactilo claudit: ēqle est illud. Preferimus manibꝰ vires ⁊ vba pcātia: qō ⁊ hypermetrū est. Sz aptius hoc exemplū. Sidera pallida distinguunt fata territa luminis. Spondaicū est illud qō ex solis spondeis ꝓstat: vt Romani murꝫ albani cinerūt lōgā. Et dicūtur eqtēporanea: cū oēs pedes vel dactilici vel spondaici sunt: sed spondaicū fugiendū est: q̄ tāq̄ soluta oratio incedit. Cōmune siue peri-

dicū: qđ alternis dactilis vlꝫ spōdeis ꝫstat: vt Italiam fato ꝓfugus lauinaq; venit. Sapphicū qđ inter duos spōdeos quatuor habet dactilos: vt Inferretq; deos latio genus vnde latinū. Antimachiū: qđ bis post duos dactilos habet spōdeū: vt. Ante fugā soboles si q̄s mihi paruulus aula. Absolutū qđ oēs partes ōionis hz vt est illud Yeu si tūc flentem rapuisset in ethera mauros: hec et alis carminū diuersa genera tradūt aliqui: sed cū supuacaneū videtur omittimus.

Hexametri carminis vitia.

¶ Uitia hexametri carminis eorūq; noīa operepreciū ē iudicare. Lasex putat Mallius. Theodorus. Ego plura cōgessi. Acephalū hr qđ incipit a syllaba breui: vt. Fluuiorum rex aridanus cāposq; p oēs. Procephalū qđ in ꝑmo pede vltra quatuor tempora habet: vt insule ionio in magno quas dira celeno. Lagarū seu lasū, cuius in medio vna aut plures syllabe claudicāt: vt Cōgredior fer sacra pater et cōcipe fedus. Trūcatū qđ in penultima claudicat: vt Mortē cōtēnunt laudato vulnere gete. hec et scazontes et ecades appellat diomedes cuius libri tertiū lege perdiligenter. Hypermetrum qđ vna syllaba abūdat. vt Jactemur doceas ignari hoimq; locorūq;. Grauidū qđ hz syllabā in medio superātē: aut qđ syneresim patitur: vt fixerit aeripedem ceruāq; aut erimanthi. Insane cuius syllaba in duas p dieresim scinditur: vt Accipe pōpei carmē deductū ab illo. Ex vna eni syllaba due fiunt. nā si lōga corripitur hr si stole: vt Obstupui steterūtq; come et vox faucib⁹ hesit. Si breuis producitur ectasis. Si due breues ꝑ vna lōga vel due lōge ꝑ vna ponātur Symphonesis est. hac greci frequenter vtūtur. Spōdaicū qđ spondeū hz in q̄nto: vt Cornua velatarum obuertimus anten̄arū. Colossum seu colobū seu solutū. qđ prosa ōione incedit: vt dono dicite doq; volentib⁹ cū magnis diis. Asperū qđ horret tūcturis: vt Nisee spioq; thalieq; cynodoceq;. Nec vero est ignorādū q̄dā ex iis vitia tā hexametri q̄ cuiuslibet carminis esse posse. Hypozhymnū in q̄ singuli pedes terminat dictionē: vt carmē doctū femina simplex cōdere nescit. Cacophona q̄ vocaliū assiduitate qualēt: vt Inferni q; lar⁹ ceeq; insula circes. Item cū ab eadē ꝑsonāte singule dictiōes incipiūt: vt O tite tute tati tibi tāta tyrāna tuliſti. Eq̄ocū cui⁹ vltime silabe sunt: vt Exiret mentes fraternas grata malis lis/dñr et bicipitis si vltima verba simpliciter desināt. Item caudata cū finis duoꝝ in cōsonātes desinit dictiones. Hemystichiū qđ inceptū dūtaxat et semiplenū est: quales a sunt apud maronem: vt huc cursus fuit: hec Sulpitius.

De carminis heroici decoro.

Carminis heroi si vis seruare decorum.
Pes nūq̄ debet rationis claudere partem
Ni forte in primo: pentimemeri comitante
Uel quarto: quintoue: offendit turpe secundo
Sz minus in terno: si illum monosyllaba claudat.

¶ heroici hexametri decorū, vt ait Sulpitius) in apta pedū ꝓportiōe et varietate seruabitur. Si pes non terminet partē ōionis/nisi forte in ꝑmo loco: sequente pentimemeri: vt in illo virgiliano. Ast ego q̄ duūm incedo regina iouisq; Et soror et cōiunx. Et nisi forte in quarto loco: vt vela dabant leti et spumas salis/ere ruebant. Uel forte in quinto: vt Musa mihi causas memora q̄ numine leso. Illepidū est carmē ꝑsa intercisaq; nimis: oratione succusans: et maxime si scōs pes partē orationis terminet vehementer offendit: vt Impulit in latus: et venti velat agmine facto. Qđ fiet min⁹ in decore in tertio si monosyllabā desinat et dictiones exigue sint: vt est illud Horatij. Nō vtor salium te vult non filius omnes.

Heroum pulchrum est/vox quod trisyllaba finit
Illepidū est/pēta aut qō vox tetrasyllaba claudit
Gratius incedit quod vox bisyllaba complet
Integra si fuerit vox quam ponis pede quinto
Distortum est carmen/quod vox monosyllaba finit
Pulchrius at constat/quod vox encletica claudit.

¶Decorū est heroicū qō in trisyllabā desinit ⁊ fortius videtur isurgere/quale ē illō Virgilij. Urbs antiqua fuit tyrij tenuere coloni Carthago. Illepidū est carmen qō in tetrasyllabā aut pētasyllabā desinit: vt est illud virgilij. Nulla venus nullicz animū flexere hymenei. Et illud martialis. Ois cesario cedit labor amphiteatro. Gratus est illud carmē qō in bisyllabā desinit/maxime si pes quintus ꝓstet: vt est illō virgilij. Musa mihi causas memora quo numine leso. Distortū est carmē qō i monosyllabā desinit: vt ē illud Virg. Sole nāqz tibi diuū pater atqz hoim rex. Pulchriꝰ tñ incedit si monosyllaba encletica fuerit: vt est illud horatij. Sqz vxorē cū summa dotecz fidēcz. Et genus et formā regina pecunia donat.

Dactilici insurgunt connexi quincz decore
Quatuor interdum spondei stantcz venuste
Dactilus alternis spondeis itcz decore

¶Insurgūt et flexūt canore qncz cōtinui dactili quale est illud Enij. At tuba terribili sonitu procul ere canoro. Incedūt etiā cū decoro qncz spondei quatuor/si ipsa res exigat: vt est illud Virgilij. Occultū inspires ignē/fallascz veneno. Sili decorē carmē cū dactilici pedes alternis vel interiectis spōdeis tēperātur: vt est illud Virg. Italiam fato profugus lauinaqz venit.

Quū precedentis pendens sententia versus
Comma/colonue facit: versu cōclusa sequenti
Laudatur carmen quod fiet quando necesse
Est rem cōtinuas/vehemens vel suaue loquaris

